Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35466
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Prologus vita beati hartmanni epi

1.

Legit Moyses labrum eneum de speculis mulierum que plenum aqua posuit in ostio tabernacli, ut introeuntes aaron et filii eius et considerantes uultum nativitatis sue inspecto siquid feditatis forte in eis appareret. primo ablueret. ut mundi ingrederentur ad sca scorum. Sicut tabernaculum illud manufectum scilicet erat insignificione futurorum. qua intre presentium, significauit enim aliud tabernaculum in manufectum. id est non hui creationis. inquit teste psalmista. Non habitabit. nisi qui ingreditur et operatur iusticiam. sin macula, ita etiam illa ablutio corporalis figura erat ablutionis spiritalis longe dignioris quam futura erat in electis. per quam loti gratia compunctionis mundi corde digni erunt ingredi in sca scorum, et uidere deum deorum in syon. Omnipotentia itaque creatoris et redemptoris nostri omnimode uolens sclo peruenti. in qualibet etate in ecclia constituit personas uite mundicia. et morum honestate tam spectabiles. ut quibus peccatores diabolica fraude decepti. considerata in eis tamquam in speculo. uite innocentia et morum probabilium maturitate. facile deprehendere posset. quam longe ab eis salus esset. Hoc a tempore abel iusti per succedentia tempora patriarcharum ac prophetarum. regum et iudicum. usque ad tempora apl'orum et successorum eorum facere in desinit. mira cuncta disponentis. Nouissime uero diebus istis super candelabrum ecclie uelut in uestibulo tabernacli posuit